



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De officiis & ministeriis septem diaconorum cum subdiaconibus, &  
sequentium ordinum ministris obseruandis. ccxviii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

De officijs & ministerijs septem diaconorum cum sub-  
diaconibus, & sequentium ordinum ministris ob-  
seruandis. *Cap. CCXVIII.*

**S**EPTEM ergo diaconi sint in vrbe Roma per septem *Ex epist.*  
regiones ciuitatis, sicut à patribus accepimus, qui per *Fabiani*  
singulas hebdomadas & dominicos dies, atque festiuita- *pape, ca.*  
tum solennia, cum diaconibus & acolytis, ac sequentium *2.*  
ordinum ministris, iniuncta sibi obseruent ministeria, &  
parati omni hora sint ad diuinum officium, & quicquid  
eis iniungitur peragédú. Similiter & vobis prout oppor-  
tunum fuerit, per singulas ciuitates est faciédum, vt diui-  
num absque vlla mora, aut negligentia studiosè ac solen-  
niter agatur officium.

De numero certo diaconorum. *Cap. CCXIX.*

**D**iaconi septem debent esse iuxta regulá, licet & val- *Ex cõcil.*  
de magna sit ciuitas. Ad ipsum autem & Actuum apo- *Neocesa.*  
stolorum liber insinuat. *cap. 14.*

De eadem re. *Cap. CCXX.*

**D**iaconi septem esse debent secundum regulam, quã *Ex cõcil.*  
uis magna sit ciuitas. Cui regulæ autoritas erit li- *episcopo-*  
ber Actuum apostolorum. *rũ, qui in*

Vt diaconi coram presbyteris non sedeant.

*Cap. CCXXI.*

*Ancira*  
*& Casa-*  
*ria conue-*

**Q**UOD non oporteat diaconum coram presbytero *nerunt,*  
sedere, sed iussione presbyteri sedeat. Similiter autẽ *cap. 9.*  
& diaconis honor habeatur ab obsequentibus, id *Ex cõcil.*  
est, à subdiaconis, & omnibus clericis. *Laodicẽ-*

De diaconibus, qui se presbyteris anteponunt.

*Cap. CCXXII.*

*si, ca. 20.*

**N**onnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, *Ex cõcil.*  
vt sese presbyteris anteponant, atque in primo cho- *Toletan.*  
ro ipsi priores stare præsumant presbyteris in secúdo cho- *cap. 39.*  
ro constitutis. Ergo vt sublimiores sibi presbyteros agno-  
scant, tam hi, quàm illi in vtroque choro consistant.

Vt exorcistæ energumenis manus imponant. *Cap. CCXXIII.*

**O**MNI DIE exorcistæ energumenis manus im- *Ex cõcil.*  
ponant. *cartha-*  
*gi ca. 90*